Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



248

ne 5

ergo ad eos dic. Tempus meum non
dum aduenit: tempus autem uestrum
semper est paratum. Non potest mundus
odisse uos: me autem odit quia ego
testimonium perhibeo de illo. quoniam opera
eius mala sunt. Vos ascendite ad
diem festum hunc: ego autem non ascen
dam ad diem festum istum: quoniam tempus
meum nondum impletum est. Hec cum
dixisset: ipse mansit in galylea. Vt
autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse
ascendit ad diem festum non manifes
te. sed quasi in occulto. Iudei ergo quere
bant eum in die festo: et dicebant.
Vbi est ille. Et murmur multus erat
de eo in turba. Quidam autem dicebat
quia bonus est: alii autem dicebat non.
Sed seducit turbas. Nemo tamen pa
lam loquebatur de illo propter metum
iudeorum. Iam autem die festo median
te: ascendit ihs in templum. et docebat
Et mirabantur iudei dicentes. Quom
hic litras scit cum non didicit. Re
spondit ei ihs: et dixit. Mea doctrina
non est mea. sed eius qui misit me.
Si quis voluerit voluntatem eius fa
cere: cognoscet de doctrina utrum ex deo
sit. an ego a me ipso loquar. Qui a
semetipso loquitur gloriam propriam
querit. Qui autem querit gloriam eius
qui misit illum: hic verax est. et iusti
tia in illo non est. Nonne moyses de
dit uobis legem. et nemo ex uobis facit
legem. Quid me queritis interficere.
Respondit turba et dixit. Demonium
habes. Quis te querit interficere.
Respondit ihs et dixit eis. Vnum opus
feci. et omnes miramini. Propter moyses
dedit uobis circumcisionem. non quia ex
moyse est. sed ex patribus. et in sabbato cir
cumcidis hominem. Si circumcisionem
accipit homo in sabbato ut non soluatur
lex moysi: michi indignamini quia
totum hominem sanum feci in sabbato. No
lite iudicare secundum faciem. sed iustum
iudicium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex hierosolimis. Nonne hic est
quem querunt interficere. Ecce pala
loquitur. et nihil ei dicunt. Numquid
uere cognouerunt principes quia hic est
xpis. Sed hunc scimus unde sit. xpis
autem cum uenerit nemo scit unde sit.
Clamabat ergo in templo.
docens. Et me scitis. et unde sim sci
tis. et a me ipso non uenio. sed est uerus
qui misit me. quem uos nescitis. Ego
scio eum. et si dixero quia nescio eum. ero
similis uobis mendax. Sed scio eum
quia ab ipso sum. et ipse me misit.
Querebant ergo apprehendere eum. et ne
mo in eum misit manus. quia non
dum uenerat hora eius. De turba
autem multi crediderunt in eum. et di
cebant. Xpis cum uenerit numquid
plura signa faciet quam que hic fa
cit. Audierunt pharisei turbam
murmurantem de illo hec. Et miserunt
principes et pharisei ministros. ut ap
prehendent eum. Dixit ergo eis
ihs. Adhuc modicum tempus uobiscum
sum. et uado ad eum qui me misit.
Quaeretis me et non inuenietis. et
ubi sum ego uos non potestis uenire.
Dixerunt ergo iudei apud semetipsos. Quo hic iturus est quia non in
ueniemus eum. Numquid in dispersio
nem gentium iturus est. et docturus gen
tes. Quis est hic sermo quem dixit.
quaeretis me. et non inuenietis. et quo
ego uado uos non potestis uenire.
In nouissimo autem die magno festi
uitatis stabat ihs. et clamabat dicens.